



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 23. Error circa Diem Paschæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

que Monachus Syncletici Cellularius ac. Sæculum VI.  
cusabatur. Atque uterque convictus A. C. 546.  
fuit, quod errores Eutychis teneret. Ve-  
rum Syncleticus eo adductus est, ut Fi-  
dem Catholicam profiteretur.

§. XXIII.

*Error circa Diem Paschæ.*

Eodem anno 546. de celebrando Die  
Paschæ Constantinopoli diversæ fue-  
re hominum sententiæ. Populus, cum  
crederet, illo anno Diem Paschæ incide-  
re in Primam Aprilis, in Dominica Die *Theoph.an.*  
quarta Febr. ultimo carnes manducavit. <sup>19. p. 190.</sup>  
At Imperator certiora edoctus jussit, ut ad-  
huc tota illa Septimana usque ad Diem  
Dominicam sequentem undecimam Febr.  
carnes venderentur, quia Dies Paschæ  
octava Aprilis futura erat. Macellarii  
occiderunt pecora, carnesque venales  
exposuerunt. Sed nemo fuit, qui eme-  
ret, aut carnem comederet. Nihilomi-  
nus Festum Paschæ deinde illo tempore,  
quo Imperator jusserrat, celebratum est,  
& ita accidit, ut populus plus una He-  
bdomada, ac præscriptum erat, jejuna-  
verit. Græci abstinere incipiunt post  
Dominicam, quam nos Sexagesimæ, ipsi *Goar. not.in*  
vero *Tes Apocreas* dicunt, id est, Domi. *Theoph.*  
nicam, qua Hilaria agi solent. Sequen. <sup>p. 594.</sup>  
te Die Lunæ, & tota Hebdomada carnes  
non amplius comedunt, sed solummodo  
lactea,

Sæculum VI. lactea, & ova; inde apud ipsos Dominica  
A.C. 546. Quinquagesimæ, quam *Tes Tiropágou* appellant, id est, Dominicam Casei,  
nomen habet. Sequentे Die Lunæ Quadragesimam auspicantur, tunc jejunare  
incipiunt, & non solum ab ovis & lacteis,  
sed etiam a piscibus & oleo abstinent.  
Causa, ex qua maturius quam nos jeju-  
nium inchoant, est, quod nec in Sabba-  
tis nec in Dominicis jejunent, si Sabba-  
tum sanctum excipias.

## §. XXIV.

*Totila Romam capit.*

*Procop. III. Goth c. 16.* Inter hæc Vigilius Papa acceptis ab Im-  
peratore mandatis, ut Constantinopo-  
*Fac. IV. c. 3.* lim veniret, diu hæsit in Sicilia. Ibi ei-  
cant. *Moc. p. 675.* dem occurrit Dacius Episcopus Mediola-  
nensis, qui anno 539. ipsius Civitate a  
Gothis vastata Constantinopolim confu-  
gerat, atque illuc reversus est cum Papa,  
compertis ab eo, quæ Constantinopoli a-  
gerentur, & quot scandalorum causa-  
trium Capitulorum condemnatio exis-  
ret. Zoilus Patriarcha Alexandrinus  
prævolante fama edoctus adventum Pa-  
pæ, Legatos obviam misit in Siciliam,  
*Procop. III. c. 15.* qui quererentur, ipsum coactum fuisse,  
ut illi Condemnationi subscriberet. In  
*c. 16.* illa commemoratione Papa ex Sicilia naves  
plurimas frumento onustas Romam mi-  
sit, ut penuriam Civitatis a Gothis ob-  
fessæ